



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theses Theologicae De Charitate

Huygens, Gommarus

Lovanii, [1683?]

Conclusio Septima. Ostenditur qualiter actiones in Deum referri debeant,
& quomodo quilibet id etiam præstare poñit.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10951907-2

tradiderunt SS. Pontifices Leo & Gregorius. Duo sunt amores ex quibus omnes prodeunt voluntates ita diversi qualitatibus, sicut dividuntur Auctoribus. Rationalis enim animus, qui sine dilectione esse non potest, aut Dei amator est, aut mundi. In dilectione Dei nulla nimia, in dilectione autem mundi cuncta sunt noxia: & ideo aeternis bonis inseparabiliter inherendum, temporalibus vero transunter utendam est; ut peregrinantibus nobis, & ad patriam redire properantibus, quidquid de prosperitatibus mundi hujus occurrit, viaticum sit itineris, non illecebra mansiovis. S. Leo serm. 5. de jejunio 7. mensis cap. 3. His, ut alios omitamus, adiungimus Bernardum: Quidquid fatimus, jubemur facere in gloriā Dei. serm. 2. de Diver. edit. Paris. postrem.

C O N C L U S I O S E P T I M A.

Ostenditur qualiter actiones in Deum referri debeant, & quomodo quilibet id etiam prestare posse.

Ex dictis patet quanto jure Deputati Facultatis Theologicae Lovaniensis inter suos articulos quos sancta Sedi examinandos obtulerunt, posuerint hunc: Omne opus ut plenè bonum sit, & ne zonaliter quidem in eo delinquatur, debet ex tali charitate (generaliter sumpta) procedere, ac per ipsam referri in Dominum Deum. Huic articulo subjungunt illi & nos cum ipsis: attamen ista relatio per charitatem perfectam fieri non debet, sufficit nam fieri per charitatem imperfectam. Sed neque necessaria est relatio ex charitate actuali, sive ex charitate super quam fiat actualis reflexio. Hec namq[ue] continua in operibus nostris reflexio est multis hujus vite distractionibus impossibilis. Sufficit ergo quod opera nostra per charitatem virtualem in Deum referantur. Nequaquam tamen sufficit ut intellectu in Deum dirigantur, sed requiritur ut affectus parum quoque est quod sub ipsis diei exordium cursus formetur voluntatis affectio sive intentio istius diei opera in Deum referendi. Siquidem nūl certis quamformata semel ejusmodi intentione, fieri frequentissime ut interdum exercitentur non ex charitate sed ex cupiditate, adeoque non in Deum referantur, nam ut icerūm predicti Deputati: Charitas & cupiditas generatim non sunt aliud quam bona & mala voluntas: sunt bona & mala radix: quarum bei solos malos, illa proferre possit solos bonos fructus. Requiritur ergo ut eum in modum actiones procedant ex charitate, sicuti in homine avaro, ambitioso, luxurioso, lucra, honores, veneta procedunt ex avaritia, ambitione & luxuria. Quamquam alii aliis facilitius possint modo tam descripto actiones suas in Deum referre, nullig tamen impossibilitatem jure cauari possunt, ne operari quidem aut mechanici labori suo toto die intendententes. In Deum opera sua referent ejusmodi homines primò, si illa & laborem suum exerceant ex sincera intentione humiliter se fribjiciendi atque obediendi divine providentia, quæ hinc in isto, alium in illo vivendi genere confirmant. Secundò, si opera sua & artes exerceant, ut exequantur diuinam ordinationem, quæ Dei in communictatis commodum statuit, ut diversa opera ob diversas communictatis necessitates & commoditates exerceantur. Tertio, si illa fribjiciat ne se b conformat divina voluntati, quæ jubet ut se fribjiciat in hoc illo modo intertineant. Denique illa in Deum referent, si per casus quas in suo opificio subveniunt habentes, studeant satisfacere Divinæ justitiae peccatis suis lœfæ.

C O N C L U S I O O C T A V A.

Dei amans est amore prædominante; id que sub obligatione peccati mortalis.

Nomine amoris prædominantis ille intelligitur amor, qui cor nostrum principiū possidet: ad quem requiritur ut objectum ejus præ aliis sit dilectum, sive ut nūl aliud atque aut magis sit dilectum ne quidem interpretative. Ita contingit quosdem esse adeo avaros, ut in illis prædominetur amor divitiarum, alios esse adeo ambitiosos, ut in illis prædomi-